



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Citatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

CITATIO.

Citatio non requiritur erga eum qui non potest actu contradicere, vt in dispositione ab aliquibus officiis Religionis; nec quando culpa est adeo notoria, vt nequeat se reus defendere; aut quando eius literis missiuis probatur, & quodcumque est inexcusabilis: tunc enim Regularis etiam non auditus damnari potest: quia licet citatio sit iuris naturalis; id tamen intelligitur, quando imminet periculum inferendi reo iniuriam. *tom. 2. q. 18. art. 1.*

In citatione non requiritur, vt stylus curiæ Romanæ seruetur, sed sufficit stylus ordinarius. *ar. 2.*

Regularis notorie exemptus (vt Mendicantes) citatus à iudice alieno, non tenetur comparere, etiam ad priuilegium allegandum; secus est, quando dubitatur de exemptione, vt in religiosis Militaribus. *qu. 62. art. 17.*